



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. An res sive jus spirituale possit permutari pro re temporali, & è
converso; item res spiritualis pro respirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

natis v. g. decimarum &c. cum in hac materia odiosa ultra verba, quae de permutatione beneficiorum tantum loquitur, extensio non sit facienda.

§. V.

An permutatio fieri possit beneficiorum, non obstantibus gratiis expectativis?

Reveriter respondetur (cum ulterius examen vix usum habeat in nostris partibus, ubi gratia expectativa per Concordata sublatæ sunt) quod tales gratia expectativa se non extendant ad beneficia ex causa permutationis vacantia, & consequenter, non obstantibus gratiis expectativis, permutatio beneficiorum valida sit, prout statuitur in *Cap. licet in sexto h. t.* cum æquitas non patitur ad hæc ex causa permutationis vacantia beneficia, gratias expectativas extendere.

§. VI.

An res sive jus spirituale possit permutari pro re temporali, & è converso; item an res spiritualis pro re spirituali.

Resolutio primæ quæstionis ex titulo de Simonia haberi potest, & breviter hæc ad eam quæstionem respondetur, Negative, prout sumitur ex *Cap. exhibita 9. h. t.* & natura prohibita Simonia probat.

Ad secundam quæstionem respondetur, affirmative, ut ex dictis jam patet, & ex *Glossa in Can. quam pio V. pactio caus. prima q. 2.* ubi sola pactio inhonestæ, qua pretium temporale pro re spirituali offertur in permutatione rerum spiritualium excluditur.

TITVLVS XX.

DE FEUDIS.

§. I.

Quid sit Feudum & quotuplex.

Feudum rectè describitur, quod sit benevola libera ac perpetua rei concessio, immobilis vel æquivalentis cum translatione utilis dominis, retentâ proprietate, sub onere fidelitatis. & obsequij personalis exhibendi: ita ut b Emphyteusim hoc potissimum distinguatur, quod Em-

Compend. Pirhsing.

phyteusis fiat sub onere annui Canonis, seu pensionis solvendæ; Feudum verò, si propriè, & strictè feudum dictum sit, fiat sub onere fidelitatis & obsequij personalis à Vasallo, seu Feudatario, Domino directo Feudi, qui & senior vocatur, præstandi.

Dividitur autem feudum primò in feudum antiquum, quod ab uno ex ascendentibus, qui caput ac parens com-

Sss

munis